

## Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Haymo||nis Episcopi Hal-||berstatten[sis] Homiliarum,  
nunc sexto || maiori [pro] ante hac unquam dili||gentia  
excusarum, || Pars ...**

praeter omnes omnium appendices, accesserunt iam recens homiliæ  
aliquot piæ, ante hoc tempus excusæ nusquam

Pars Aestivalis

**Haimo <Altissiodorensis>  
Haimo <Halberstadensis>**

**Coloniae, 1551**

**VD16 H 222**

Dominica vi. post pentecosten

**urn:nbn:de:hbz:466:1-39335**

tem non ira, sed zelus format, in exemplū Moysi  
qui exiit a Pharaone iratus nimis, quia eius nequitiā  
tiam incorrigibilem uidit.

**DOMINICA VI. POST PENTECOSTEN.** I.Petri. III.

Charissimi. Omnes unanimēs in oratione estote. Et reliqua.

**F**raternitatis unanimitas ueluti urbs inexpugnabilis, hostiū nō patet insidijs. Habet enim sancta ecclesia, ut Salomon ait, castrorum aciem ordinatam, quam tyranni & persecutores una cum autore suo diabolo nō ualent irrumpere: q[uod] in unione Christo nec martyres persecutio, nec uirgines carnalis delectatio, nec misericordes cupiditas, nec humiles temporalis gloriae deninctus ambicio. [compatentes.] Sicut enim gaudere debemus cum gaudientibus, ita & flere cum fletibus, sicut Paulus faciebat apostolus qui dicebat. Q[uod] uis infirmatur, & ego nō infirmor. [fraternitatis amatores.] Q[uod] uero amat homines, aut qui iusti sunt, aut ut iusti sint amare debet, sicut & seipsum amare debet, aut quia iustus est, aut ut iustus sit. Dilectionem autem fraternalm quātum commendet Ioh. 2. hannes apostolus, attendamus: Q[uod] ui diligit, inquit, fratrem suum quē uideret, in lumine manet, & scandalum in eo non est. Et item: Dilectissimi, diligamus nos inuicē, quia dilectio ex deo est. Et omnis qui diligit ex deo natus est, & cognouit deum. Et Ioh. 13 dominus inquit: Mandatum nouum do uobis, ut diligatis inuicem. Et in hoc scient omnes quia mei estis discipuli, si uos inuicem dilexeritis. [Misericordia. Pro. 21. cordes.] Scriptū quippe est: Facere misericordiā,

magis placet deo, quam uictimæ. Et qui pñus est  
(inquit scriptura) ad misericordiam, benediceatur. Pro. 22.  
Et dominus ait, Estote misericordes, sicut & pater  
uester misericors est. [Humiles.] Scriptū quippe est: Luc. 6.  
Perdit deus memoriam superborum, & non dñe  
Inquit memoriam humilium. Et dominus inquit, Mat. 11.  
Dicit a me, quia misericordia sum & humilis corde. Et Isa. 66.  
ad quem respiciam, dicit dominus, nisi ad humilem  
& quietum? [non reddentes malum pro malo.]  
Scriptum quippe est: Ne dicas, reddam malū pro Pro. 20.  
malō. expecta deum, & liberabit te. Et item: Qui  
uindicari uult, a deo inueniet vindictam, & peccatum illius seruans seruabit.

nec maledictum pro maledicto.

In hoc enim exemplum domini tenendum est, qui  
cum maledicretur, non maledicebat.

sed econtrario benedicentes.

ut illud, Benedicite maledicentibus uobis: bene- Lu. 6.  
dicte, & nolite maledicere. Ro. 12.

Quia in hoc uocati estis, ut benedictionē  
hæreditate possideatis.] Benedictio est hæredita-  
tis omnis iuirtutum copia cælestis, in qua sancti he-  
redes quidē dei, cohæredes aut efficiātur Christi,  
cum audierint: Venite benedicti patris mei, pcipi Mat. 25.  
te regnum, qd uobis paratum est ab origine mudi.

Qui enim uult uitam diligere.

Psal. 33.

id est, uitam æternam, beatam, & in futuro sine fi-  
ne mansuram. [& uidere dies bonos,] in quibus  
sancti cum sanctis iucundētur in celis, qui dies nō  
propter interruptionem noctis, sed propter perpe-  
tuitatem dicuntur luminis.

coerceat linguam suam a malo.

Y

**Iac. 1.** id est, a malo detractionis, maledictionis ac murmurationis, siue generaliter, omnino lingua refre  
nanda est a malo. Ait enim Iacobus: Si quis putat se reli  
gio sum esse, non refrenas lingua suam, sed seducens  
**Pro. 21.** cor suum, huius uana est religio Nam & qui custodit lin  
guam suam, inquit scriptura, custodit animam suam,

Et labia eius ne loquantur dolum.

Dolus, non dolor, sed fraus intelligitur: quando  
aliud corde tenetur, & aliud ex ore profertur.

Declinet a malo, & faciat bonum.

id est, destruat uitia, & uirtutes adficeret: relinquat  
quod instigat diabolus, ut operetur quod precepit Christus.

Inquirat pacem, & sequatur eam.

id est, diligenter orando & humiliter interrogan  
do perquirat Christum, qui factus est pax nostra,

**Heb. 12.** & imitetur eum. sequi etenim imitari est. Sicut se  
niam, sine qua nemo uidebit deum.

Quia oculi domini super iustos.

id est, aspectus diuinitatis. [ & aures eius in pre  
cessorum, ] id est, auditio diuina, qua dignatus  
preces audire iustorum.

Vultus autem domini super facientes mala,

Ut quid uultus domini super facientes mala?

**Psal. 33.** di sequentia: Ut perdat de terra memoriam eo-

**Psal. 68.** rum, id est, de terra uiuentium. Et illud Deleantur  
de libro uiuentium, & cum iustis non scribantur.

Et quis est qui uobis noceat?

subauditur nullus. Iuxta huius sententiæ locum,  
passiones uel persecutions non faciunt esse mi  
seros, sed præstant esse beatos. [ si boni æmulato  
res fueritis, id est, si boni dei, de quo scriptum est,

POST PENTECOSTEN. 339

Nemo bonus nisi solus deus. Sive generaliter, si-  
ne omnium bonorum æmulatoribus, id est, imita-  
tores fueritis uirtutum.

Mar. 10.

Sed & si quid patimini propter iustitiam,  
beati, subauditur, eritis. Hanc sententiam domi-  
num dicentem Petrus audierat, ubi ait. Beati qui Matt. 5.  
persecutionem patiuntur propter iustitiam, quo-  
niam ipsorum est regnum cælorum.

Timorem autem eorum,

id est, persecutorū, ne timueritis, ut in fide non  
turbemini. Et hoc dominus admonuit, ubi ait:  
Nolite timere eos qui occidunt corpus, animam Mar. 10.  
autem non possunt occidere: sed potius eum ti-  
mere, qui habet potestatem corpus & animam  
perdere in gehennam.

dominum autem Christum sanctificate in  
cordibus uestris. Vbi dominus qui cuncta cre-  
ando sanctificat, nisi in corde pio & corpore ca-  
sio? Sic dominus Iesus sanctificandus est in cordi  
bus nostris, ut a nomine eius vocemur Christiani, &  
ut nihil sanctius eius nomine sentiamus. Sanctifi-  
cemos enim eum in fide, spe & charitate, creden-  
do, colendo & adorando, ut ab illo saluari pari-  
tem mereamur & sanctificari.

DOMINICA VI. POST

Pentecosten. Lucae V.

In illo tempore Cum turbae irruerent in  
eum ut audirent uerbum dei, & ipse stabat  
secus stagnum Genesareth. Et reliqua.

D E piscibus, quos apostoli ad iussionem do-  
mini laxatis retibus coperunt, locuturi, pri-  
mū de situ loci uideamus: Ait enim euāgeliū:

Xij

[Cum turbæ irruerent] ad Iesum[ur audirent uer  
bū dei, & ipse stabat secus stagnum Genezareth.]  
Stagnum Genezareth idem est, quod & mare Ti-  
beriadis, & mare Galilææ. Sed mare Tiberiadis a  
Tiberiade ciuitate est dictum: mare Galilææ ab  
adia cente sibi prouincia, quæ & Galilæa nomina-  
tur. Stagnum Genezareth a Græco uocabulo di-  
ctum est, quasi auram generans, eo quod flanti-  
bus uenit, crispantibus undis, auram ex se genera-  
re uideatur. Tenet autē hoc mare siue stagnū cen-  
trum quadraginta stadia in longitudine, quadra-  
ginta uero in latitudine. Nec ipsis hoc mare uo-  
catur, quod amaræ sint aquæ eius, sed Hebreæ  
linguæ consuetudo est omnes congregations aqua-  
rum, siue salsæ sint, siue dulces, uocare mare, sicut  
in Genesi scriptum est: Congregationes q̄ aqua-  
rum adpellauit maria. ¶ Spiritualiter autē hoc ma-  
re mundū significat, id est, mundi amatores. quia  
sicut mare semper fluctuat, nec quietum stare ua-  
let, ita mundus diuersis perturbationibus & fluctua-  
tionibus commouetur, sicut per Psalmistam dici-  
tur: Commouisti domine terram, & conturbasti

**Psal. 49.** eam. Crescit enim nascendo, decrescit moriendo:  
**Philip. 2.** eleuatur in prosperis, deiicitur in aduersis. Domi-  
nus secus stagnum stetit, quando (sicut ait Aposto-  
lus) se metipsum exinanivit, formam serui accipi-  
ens, in similitudine hominum factus, & habitu in-  
uentus ut homo. Et pulchre non in stagno, sed se-  
cus stagnum stare dicitur: quia uenit in mundum

per naturam, sed alienus fuit a mūdo per culpam,  
**I. Petr. 2.** teste apostolo Petro: Qui peccatum non fecit, nec  
inuentus est dolus in ore eius. Recte queq; nō am-  
bulasse, nec pertrauississe, sed stetisse dicitur, nimi-

cum ostendens seipsum esse, qui per diuinitatis potentiam semper incommutabilis permanet, qui ubique est p̄sens, ubique totus, nec mouetur, nec de loco ad locum transiit, cui nec præterita transeunt, nec futura succedunt, sed semper illi æqualiter atque æternaliter esse est, qui ait per prophetā: Ego deus, & non mutor. Siue certe secus stagnum stat, **Malac. 2**  
 quia resurgens a mortuis, carnē quā ex nobis assumpsit, in littore incorruptionis constituit. Ac p̄ hoc, sicut ipse incomutabilis est, ita electos suos æternam incomutabilitate firmat. Turbae autē quæ ad eum irruerunt amore uerbi Dci, multitudinē fidem significant, qui ei credendo & amando ap. p̄ pinquant, de quibus per Isaïā dicitur: Venient ad Isaïæ 2 eum omnes gentes, & ibunt populi multi, & dicent: Domus Iacob uenite, & ambulemus in lumine dñi. Et per psalmistam: Omnes gentes quæcūq; fecisti, uenient & adorabunt coram te dñe. Sed q̄a ista turba creditum, non solum ex Iudæis, sed etiam ex gentibus futura erat, recte subditur.

**Et uidit duas naues stantes secus stagnum.**  
 Duæ naues, duos ordines significant credituros: Vnū ex Iudæis, alterum ex gentibus, non quod in unitate fidei diuisio sit, sed quia ex utroq; populo in Ecclesia colligitur. Bene autē utrasq; Iesus uidisse dicitur, quia ex utroq; populo præsciuit, qui in eum credituri essent. Nouit enim dñs qui sunt eius. Nam uidere, eligere est, sicut Nathanaeli a dñ odi- **Iohann. 3** citur: Cum essem sub sicu, uidi te.

Piscatores autem descenderant, & lauabant retia.

Piscatores Ecclesiæ sunt doctores, quorum prior

Y iii

res apostoli fuerunt, qui retia suæ prædicatiōis in mundum extendētes, multos ex utroq; populo in fide ceperunt. de quibus per prophetam dicitur: Mittam pīscatores meos, & pīscabuntut eos &c.

Ierc. 16. 3

Retia doctrinam prædicatorum significant, quæ dum diuersis patrum sententijs roboratur, quasi uarijs filiis contexta ligatur. Et pulchre retia doctrinam prædicatorum significant, quia sicut retia pīscis quos capiunt retinent, ita prædicatio ueritatis, quos in fide capit, facile non amittit. Vnde bene retia, quasi retinentia sunt uocata. Lauant autē pīscatores retia, quando sancti prædicatores castigant corpus suum, & seruituti subiiciunt, nec aliter uiuunt, nisi quō alios uiuere docent, cauenentes ne alijs prædicantes, ipsi reprobi inueniantur. Ille exemplum imitari, de quo scriptum est: Cœpit Iesus facere & docere. Vel lauant pīscatores retia sua, quādo prædicatores suam doctrinam subtiliter examinant & discutiant, ne aliquid in ea hæreticum aut peruersum sonet.

Ascendens autem in unam nauem, quæ erat Simonis, rogauit eum a terra reducere pusillum. Et sedens, docebat de nauicula turbam. Nauis Simonis, primi iuua ecclesia, ex Iudeis collecta. Quæ idēo Simonis dicitur, quia specialiter ei est commissa: quoniam in inicio sue prædicacionis multi Iudeorum per eum crediderunt, quando eo prædicante, una die crediderunt tria millia, & multa turba sacerdotum obœdiebat fidei. Illi Matt. 16. enim a domino dictum est: Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo ecclesiam meam. Et quodcumq; ligaueris super terram, et ligatu;

in celis: & quodcumq; solueris super terram, erit  
solutum & in cælis. Vnde & Paulus apostolus ait:  
Qui operatus est Petro in apostolatum circuncis-  
sionis, operatus es & mihi inter g̃tes. ¶ Siue certe  
nauis Simonis, ecclesia ex gentibus intelligi po-  
teat, quæ tunc ei a domino est comm̃cata, quan-  
do audivit: Tu es Petrus &c. Et iterum: Simon Ioh.  
hannis, diligis me plus his? Pasce oves meas. Bene  
autem dicitur [una. ] quia multitudinis credenti-  
um erat cor unum & anima una: nec quisquam eō-  
rum quæ possidebat, suū aliquid esse dicebat, sed  
erant illis omnia communia. Docebat autem de-  
nauicula turbas, q; p̃rädicatores sat. c̃ti non alia  
quam ecclasiasticam debet insinuare doctrinam.

Ut cessauit autem loqui, dixit ad Simo-  
nem: Duc in altum. ] Notandum, quod primum a  
terra nauem pusillum reducere iussit, nunc autem  
in altum ducere iubet, ostendens temperādum es-  
se sermonem doctoribus in p̃rädicatione. Insin-  
mi enim auditores nō subito ad profunda myste-  
riorum sunt introducendi, sed prius pusillum a ter-  
ra submouēdi, id est, a terrenis curis & carnalibus  
actibus separandi. Horum fragilitatem dominus  
tolerandam insinuat, cum Simoni p̃räcipit ut na-  
uem pusillū a terra reducat. Nec propter tales de-  
serendi sunt perfecti, sed ad alta mysteriorum del-  
prouocandi, quod dominus significare uoluit, q̃n  
Simoni dixit: ] Duc in altum. ] Alter: Cum autem  
pusillum a terra reducere iubet, p̃rädicationem  
apostolorum in proximas nationes esse extenden-  
dam ostendit. Cum uero ait, Duc in altum, eandē  
p̃rädicationem usq; ad fines terræ esse peruen-  
tam demonstrat. Quod tunc impletū est, quando

Y iii

**Act. 15.** apostoli Iudæis dixerunt: Vobis quidem oportuerat primum loqui uerbum dei, sed quoniam repelletis illud, & indignos uos iudicatis æternæ uitæ, ecce conuertimur ad gentes. Bene autem subdit,

& laxate retia uestra in capturam.

Captura enim locus est capiendis piscibus aptus, unde & nomen congruum habet. Cum ergo dicit, [Laxate retia uestra in capturam,] ostendit illic prædicationem apostolorum esse laxandam, ubi nouera: esse electos, qui caperentur in fide, quod liber Actuum apostolorum declarat, cum dicit:

**Actu. 16** Quia cum uellēt apostoli ire in Bityniam, nō permisit eos sp̄s Iesu. Non enim ibi erat tunc locus capturæ aptus. Cum autem in Macedoniam pergere non disponerent, apparuit in somnis Paulo uir Macedo, deprecans eum & dicens: Transiens in Macedoniam, adiuua nos. At ille intelligens visionem sibi a deo esse ostēlam, perrexit in Macedoniam, laxans ibi retia sua in capturam. Notandum uero quia alio tempore retia plicantur, alio capturæ laxantur: q̄a non est omne tēpus aptum doctrinæ, sed alio tempore retia prædicatiōis extenduntur alio doctores suūmet curam habent.

Et respondens Simon, ait illi Præceptor, per totam noctem laborantes nihil cepimus, in uerbo autem tuo laxabo rete.

Bene præceptorem eum appellat, quia cum per totam noctē in pīcationis officio frustra laborasset, statim ut ad eius iussionem retia laxauit, multi in diñe piscium cepit. Nox in scripturis aliquando pro ignorantia uel cæcitate mētis ponitur. Per totam ergo noctem laborātes nihil cēperunt, q̄a

nisi dominus illuminet mentem auditoris interius, in uacuum laborat sermo doctoris exterius, scriptura dicere: Nisi dominus ædificauerit domum, **Psal. 126**  
 &c. &c., Nisi dominus custoderit ciuitatem, & rel.  
 Qui enim alijs prædicat, non in sua sapientia uel eloquentia confidere debet, sed in uirtute dei. Vnde bene per Simonem dicitur, [In uerbo autem tuo laxabo rete. Et cum hoc fecissent, concluserunt multitudinem piscium copiosam.] Bis in sancto euangelio legimus, quod ad iussionem domini laxata retia, copiosam multititudinem piscium ceperunt, nunc ante passionem, & secundo post resurrectione. Sed **Ioh. 21.**  
 hoc inter utraq; pescatione distat, quia in hac pescatione retia laxari iubentur, sed tam in qua partem mitti debeant, non designatur: in illa autem, ipse specialiter in dexteram partem missa prohibentur. In hac pescatione præ multitudine piscium retorum putur: in illa uero multi & magni capti sunt, & retia rupta non sunt. In hac numerus piscium non exprimitur, in illa certus numerus designatur, cum centum quinqua ginta tres capti memoratur. Vnde per hanc pescationem ecclesia designatur, qualis est modo: per illam uero, qualis erit in futuro. Quandiu enim ecclesia in præsenti uita maner, utriusq; partis ciues retinet: ga bonos simul & malos recipit. Multi enim (ut ait Apostolus) confitentur uerbis se nosse deum, factis autem negant, de **Titi. 1.**  
 quibus per Psalmistam dicitur: Annunciaui & locutus sum, multiplicari sunt super numerum. Et **psal. 39:** pulchre in illa pescatione, quæ post resurrectione facta est, in dexterâ partē nauigij retia missa esse leguntur: quia sicut per sinistram præsens uita, ita quoq; per dexteram sempiterna figuratur, sicut

Y v

Cap. 2.

per Salomonē dicitur: Læua eius sub capite meo,  
& dextera illius amplexabitur me. In hac pista-  
tione, quæ ante resurrecti onem facte est, boni &  
mali pisces capti dicuntur, in illa uero soli boni:  
quia in praesenti ecclesia boni & mali inueniun-  
tur, in sempererna aut uita nemo malus inuenitur.  
Nasq; em soli boni nisi in celo, & nulq; soli mali ni-  
fi in inferno. Hec aut uita, sicut media est inter ex-  
tu & terrā, ita utriusq; ciuitatis ciues in se conuent.

Rumpebatur autem rete eorum.

**Lich. 2.**

Quia ipsi ecclesiam uarijs habebus scindere eo-  
nati sunt, q; in ea per fidem capiti tenebantur, qua-  
lis fuit Iudas proditor, & Simon magus, & quales  
erant illi, de quibus Iohannes apostolus ait: Exie-  
runt ex nobis, sed non erant ex nobis. Sed quia nu-  
merus electorum non solum ex Iudeis, sed etiam  
ex gentibus colligendus erat, recte subinfertur:

Et annuerunt socijs, qui erat in alia nauj,  
ut ueniret & adiuuaret eos. ] Alia nauj (ut superi-  
us diximus) ecclesia est ex gentibus uocata. Annue-  
runt ergo socijs q; erat in alia nauj, ut ueniret & ad-  
iuuaret eos: q; apulares inter gentiles inueniti sunt,  
qui apostolis in prædicatione adiutores existerent.

Et uenerunt, & impleuerunt ambas nauj  
culas, ita ut pene mergerentur.

Impletio nauium, perfectionē significat ecclesiæ,  
quæ quotidie ex conversione credentij impletur,  
& usq; in finem seculi implebitur. Periclitatur aut  
nauc, sed non mergitur, quia s̄pē persecutioni-  
bus haereticorum ecclesia concussa est, s̄pē falso  
fratre iniqua operatione commota, sed mergi  
non potuit, quia Christum in fundamento habet

It, ipso dicente. Super hauc petram ædificabo ec-  
clesiam meā, &c. Et sicut alibi ait, Venerunt flumi-  
na, flauerant uēti, & impegerunt in domū illā, &  
nō cecidit, fundata enim erat super firmā petram.

Mat. 16.

Mat. 7.

Quod cū uideret Simon Petrus, procidit  
ad genua Iesu, dicens. Exi a me, quia homo peccator  
sum domine. [Sunt nonnulli infirmi intra sanctā  
ecclesiam, q̄ peccator suor̄ magnitudine p̄fisi, uias  
uite q̄s id iſſiciles ingredi m̄tuunt, & tamen in suis  
iniquitatibus iacere nō formidant. Q̄ uorum per-  
sonam Petrus hic in se exprimit, cum n̄iso miracu-  
lo piscium, p̄cidit ad genua Iesu, dices. [Exi a me,  
q̄a homo peccator sum dñe. ] Sed quise peccatore  
considerat, deum desperando a se repellere non de-  
bet, sed pijs gemitibus & assiduis steribus eius misere-  
ricordię appropinquare, nil dubitans de ill̄ pro-  
missione, qui ait: P̄enitētiam agite, appropinqua-  
bit cū regnum cælorum. Sunt etiam & alij, qui car-  
nali:er uiuentes, spiritualium rectorum disciplinā  
imperium esse arbitrantur; & dum eis spiritale ma-  
gisterium onerosum uidetur, ingum ecclesiastici  
regiminis a suis cibis excutere conantur.  
Cum q̄ puerse uiuant aliquando uoce, nonnunq̄  
eriam morum prauitate spiritales magistros, qui  
bus nolentes subiecti sunt, a se recedere p̄suadent.  
Horum ergo subiectionem significavit Petrus, eo  
q̄ procidit ad genua Iesu; morum nero prauitatem,  
in eo quod ait: [Exi a me, q̄a homo peccator sum  
dñe. ] Sed quid spiritales magistri agere debeant,  
ille pastor pastorum exemplo suo docet: quia nō a  
rogāte Simone discessit, sed & spiritualē doctrinam  
impedit. Non cū propter abiectos superbo: de-  
serendi sunt humili, sed potius cum bonis cor-

Mett. 3.

&amp; 4.

Ecc. 18. rigendi & tolerandi sunt mali, dicete Salomone? Si spiritus potestatem habentis ascenderit super te, locum tuum ne dimiseris.

Stupor enim circundederat eum & omnes qui cum illo erant, in captura piscium quam ceperant. Similiter autem Iacobum & Iohannem filios Zebedei, qui erant socii Simonis. ] Quid istic discipuli diuini mysterij adhuc capaces minus erant, subitanea captura piscium non solum stupore, sed etiam timore circundati sunt. Sed eorum fragilitatem dominus consolatur, cum paucem Simonem confortat, dicens: [ Nolit timere. ] Imo in paucente Simone, omnes penitentes confortate uidetur, ne de magnitudine peccatorum despatent. Vbi manifeste ministerium praedicandi, quod ei commendaturus erat, praedicit, cum ait:

Ex hoc enim iam homines eris capiens. Non enim officium pescandi uetus est, sed spiritualiter commutauit: nam post domini resurrectionem legimus eum esse pescatum. Et pulchre, qui pescator erat piscium, pescator hominum futurus predicitur, ut sicut materiali reti pisces defundis gurgitibus ad littus trahere solebat, ita spirituali prædicatione homines de amaris mundi fluctibus ad fidem traheret.

Et subductis ad terram nauibus, relicti omnibus, secuti sunt illum. ] Quid non putandum est, hanc eandem esse uocationem, qua Matthæus nos de nauiculis discipulos ad Iesum sequendum uocatos narrat: non enim hic ab illo uocatis esse dicuntur, sed uiso miraculo piscium, subductis ad terram nauibus, relicti omnibus, secuti illum esse me

moratur. Vbi intelligendum est, quia post hęc ad propriare dierūt, & suimet curam gesserunt. Post ea uero ab illo uocati, ut Matthaeus Marcus q̄ cō memorant, relictis nauibus & reti, secuti sunt illū, ita ut ulterius ad propria non redirent.

Mat. 4.  
Mar. 1.

### DOMINICA VII. POSTPEN tecosten, ad Romanos VI.

Fratres, quicunque baptizati sumus in Christo Iesu, in morte ipsius baptizati sumus. &cætera.

**B**eatus apostolus mystice & subtilissime isto in loco loquitur, & uult ostendere, quomodo mysterium mortis, sepulturæ & resurrectionis Christi, ad baptismum nostrum pertineat, & dicit: Nūquid ignoratis fratres mysteriū mortis Christi, sepulturæ ac resurrectionis, quomodo conueniat mysterio baptismatis? Si ignoratis, ego uobis pandam. Sed quæstio oritur in hoc loco: cū dominus præcipiat apostolis in euangelio, in nomine sanctæ trinitatis baptizare credentes, quare apostolus Paulus solummodo personam Christi assumat, dicens: [Quicūq̄ baptizati sumus in Christo Iesu, in morte ipsi⁹ baptizati sum⁹:] Quæ hoc modo soluitur, q̄a Apostolus in hec loco non tantum rationem & institutionem baptismi describe re disposuit, quātum mysterium mortis Christi. & ubi de morte aliquid erat locuturus, indignum duxit personam patris & spiritus sancti ponere, q̄ carnem non suscepit neque mortem: sed personā tantummodo filij, quæ carnem assump̄it, & pro nobis mortua est. Nec conueniebat ut diceret, Quæ cūq̄ baptizati sumus in nomine patris & filij &

Mat. 28.